Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ignis enim psecutionis sola martyrum corpora cruciabat.
ignis autem fornicationis corpus simul et animam cruciat.
Ignis psecutoris misit martyres ad uitam eternam. ignis
autem libidinis mittit miseros ad gehennam. Martyribus
scis modica ignis adustio eternum contulit gaudium.
fornicatoribus autem et adulteris modici temporis delectatio
ppetuum inferet cruciatum. De s. i. mre MAXIMI
IUSTISSIME fratres sollempnitas beati martyris n. epi.
hymnis celestibus diuersarum pfessionum honoratur a fideli
bus. in qua beata magisque beanda est anima ab hac lacri
marum conualle translata. palmas primiox captat in celesti
bus. Sed nec nobis uniuersis est denique sci ob memoriam annua
gaudia sui quedam gignant fastidium. dum nec carissi q
dem parentibus in tertium sue plis lugentibus luctus ali
quod tedium. sed potius illius inreuocabilis mortis quoddam
afferat dolendo solatium. Quotiens et enim huius nostri patroni
colimus celebritates. totiens nostri cordis oculis est admiran
de uite prop ria exempla ante ponimus. per que in offenso pede
ceu per publicum iter gradientes. celestia gaudia intrare.
eoque propiando contubernio admisceri ualeamus. Unde
II dilectissimi fratres si tanti tamque mirifici uiri itinera sequi gestimus.
lumbos nostros succincti euangelium non fracida lini flexura. sed
fidei. spei. caritatisque indissolubili plecta fortiter suc
cingamus. et qua gressus posuit nos licet imparibus
passibus eum assequi acceleremus. Si enim bone operationis

Hic Sermo superius habetur
Infra octauam s. blasii.